Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

aliquod bonum vel malum. ibi erit cor tuum. Thesauros igitur terrenos in nobis [illegible]
amus. in celis thesaurizemus. ut cor nostrum per veram spem ad celestia procedat
ut thesauros eterne glorie invenire valeamus. Quod nobis ipse prestare dignetur.
Notandum quod iiii. modis fit temptatio. scilicet suggestione. delectatione. consensu. et
peccati defensione. Unde Iob. Quare in vulva conceptus egressus ex utero non statim
perii. Cur exceptus genibus. cur lactatus uberibus. Sed sanctus Iob non de se. sed de ortu peccati tam-
quam de ortu parvuli loquitur. Parvulus enim primo in vulva concipitur. postea de utero egre-
ditur. inde genibus suscipitur. tandem uberibus lactatur. Sic peccatum per temptationem sug-
gestionem primo in vulva. id est in corde suscipitur. deinde ex utero exit. quando ex corde
ad delectationem procedit. et tunc primo est veniale. Tunc congruit Iob. quod ibi saltem pec-
catum non perit. Tercio genibus suscipitur. quando ratio consentit. et tunc est mortale. Du-
plex enim est consensus. in peccatum operis et delectationis cogitationis. Primus consensus morta-
lis. secundus venialis. Verumtamen si statim cum advertit se placere delectationem et non
refrenat. erit mortale. Alii inter cogitationem morosam et morsam distinguunt.
Et quando uberibus lactatur. quando blandis excusationibus fovetur. ut supplicia non timeantur.
Primo serpens suggerit. id est diabolus. postea Eva. id est caro delectatur. Tercio Adam comedit.
id est ratio consentit. Quarto defendit peccatum dicens. Mulier quam dedisti michi sociam
Notandum quod David de v. lapidibus quos in peram misit. tres   dedit michi. et co-
eduxit et Goliam interfecit. Sic v. lapides Christus in porta sue carnis portavit.
quo in ipso sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Tribus lapidibus. id est tribus
auctoritatibus confutavit diabolum. Quartum prec. quando animam emisit. et diabolum liga-
vit in abyssum. vel usque ad tempus antichristi languebit. sed in die iudicii quinto lapide
cum membris suis percutietur. quando dicetur. Ite maledicti etc. Tribus ergo lapidibus. id est tribus auc-
toritatibus diabolus fuit fugatus. quarto vulneratur. quinto in morte sua cum omnibus reprobis
condempnatur. Qui ergo propter duos lapides ad dominum non convertuntur. non propter quartum. scilicet passionis bene-
ficium. saltem quintum timeant. ne morte eterna cum diabolo feriantur. Durior est quam di-
abolus qui nec auctoritatibus nec beneficio passionis nec timore iudicii potest cor-
rigi. Item dominus nos instruit quibus lapidibus fugandus sit diabolus. scilicet auctoritatibus sumptis
de torrente sacre scripture. et sunt ita de quibus Abacuc loquens de diabolo ait. Totum
sublevavit in hamo. totum traxit in sagena. congregavit illud in rete suum.
In hamo voluptas carnis. in sagena superbia. in rete avaricia designatur.
Venenat nos voluptas carnis. quia sub esce dulcedine latet virus culpe.
sic in nucleo virus nucis. Nucleus est dulcis. sed virus peccati venenosum. Vermis enim ponitur
circa hamum. et piscis esuriens vermem capit et capitur. Vermis est pulchra muli-
er. divitie. dignitates. sub quibus diabolus ponit hamum culpe. Omnis homo cre-
dis tu mulierem capere. et capis a diabolo. Quam minus est quod pro tali vermine divicias
eterne glorie perdit. Sagena trahitur de ripa in ripam. ut vix modicus piscis
possit evadere. et pauci sunt qui laqueos diaboli possint evadere. Unde beatus Antonius